



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Factum mirabile Abbatis Cononis. Capvt XV.

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

penitencia per annos sexaginta tres quod hanc habu-  
erit virtutem, hebdomadas integras ieiunandi, i-  
ta ut putarent quidam, eum sine carne esse. Opera-  
batur<sup>1</sup> autem die ac nocte, & distribuere paupe-  
ribus omnia, neque ab aliquo quippiam accipiebat.  
De hoc audientes fideles viri, venerunt, ut da-  
rent ei agapem<sup>2</sup>. & ait ad eos, non accipio, quia  
manus meæ nutriunt me, & eos, qui propter Deum  
ad me veniunt.

<sup>1</sup> Operabantur manibus antiqui monachi, & ex labore  
ipsi vivebant, & pauperibus elemosynas distribuerebant.

<sup>2</sup> Agape est elemosina, vel prandium ex charitate datum.  
De Fratere, Qui à spiritu fornicationis impugnaba-  
tur, & leprosus effectus est.

## CAPVT. XIII.

**A**BBAS Polichronius rursū nobis narrauit,  
quod in cœnobio Penthucula frater quidam  
erat sibi ipsi valde intentus, & continens.  
Cū autem aliquando impugnaretur à spiritu for-  
nicationis, non valens hanc pugnam sustinere, e-  
gressus de monasterio, profectus est Hierico, ut cō-  
cupiscentiæ suæ satisfaceret. Moxq; ut meretricis  
cellam ingressus est, leprosus factus est totus. Vi-  
dens autem lepram, continuo rediit ad mona-  
sterium, Deo gratias referens, & dicens: Idcirco  
Deus hac me castigatione percussit, ut anima mea  
salua sit, & magnifice glorificabat Deum.

<sup>1</sup> Vides ex hoc loco non debere Monachum à religione  
desicere, & institutum suum deserere

Factum mirabile Abbatis Cononis.

## CAPVT XV.

**D**ICEBANT de Abbate Conone Duce mo-  
nasterij Penthucula, quod die quadam cū  
X  
iret,

iret Betamarim, obuios habuit Hebræos. Qui eum occidere vellent, distinctis gladijs cucurrerunt contra senem. Cumque appropinquassent, vibrarentque in eum gladios, manus eorum in sublimi suspensæ perfruerunt immobiles. Facta vero oratione, soluit eos senex, & dimisit. Et abierunt gratias agenres Deo.

*Ecce quomodo Sancti orâtes, in virtute Dei miracula faciunt.*

*Relatio Abbatis Nicolai de seipso, & Socij.*

C A P V T. XVI.

**S**enex quidam sedebat in monasterio Abbatis Petri iuxta sanctum Iordanem, Nicolaus nomine, qui nobis narravit, dicens: Cum essem aliquando in Rhaythu, missi sumus tres fratres in ministerium in Thebaidem. Cum ergo per desertum iter facerem, errauimus de via, ferebamur per eremi latam vastitatem. Deficiente vero nobis aqua per aliquot dies, siti arescere cepimus. Cumque iam & siti & æstu deficientes, progredi ulterius non valeremus, inuentis per desertum myricis, iactauimus nos siguli sub umbra arborum, expectantes mori præ siti. Prostratus vero in umbram ego factus sum in extasi, vidiq; piscinam aqua plenam, & circumfluentem, duos autem supra piscinæ labium assistere, vasque vnum ligneum. Tunc coepi vnum ex illis rogare, dicens: Fac mecum charitatem domine, & da mihi pusillum aquæ, quoniam deficio. Ille verò nolebat. Tunc dicit ad eum alter: Da illi modicum. Qui respondit ei, dicens: Non demus ei, valde enim desidiosus est, & neligens sui. At alter: Vtiq; sanè neligens est, ac desidiosus, propter hospitalitatē tamen demus ei. Atq; ita præbuerūt mihi, & his, qui mecum